

Plin. H. N. tur. *Cum unum hamo teneri vident,*
l. 9. c. 59. *lineam secare asperitate dorsi forte,*
traduntur, eo qui tenetur extendente,
ut secari possit. Capti ὄντεσον εἴσι θεα-
μάτων, ναὶ ἀποθνήσκοντες ἔαυτες ἐοινασιν
Aelian. H. *Σηγνεῖν τοὺς τρεπόντας τινὰ μετένειν, misera-*
A. 1. 12. c. 47. *bile praebeant spectaculum et mortem*
suam lugere, et quodammodo suppli-
care videntur.

De ipsorum capiendo modo ita
 Plinius. *De Anthia pisce siteri con-*
venit, quae plerosque adverto credi-
disse. Chelidonias insulas diximus

Asiae scopuli maris ante promonto-
rium sitas, ibi frequens hic piscis et
celeriter etc. Censentur ab Eustathio
inter eos pisces, qui ἀνθεπόφαγοι,
quod ob magnitudinem sumptuum,
ganeorum opes exhaustant. sed et
Ἥεοι Dii, quod pretiosissimi sint, vo-
cantur. Carnis est solidiusculae. Un-
de χονδρῶδης apud Athenaeum (male
χειρῶδης) dicitur.

Fel cum melle inunctum, exan-

themata, tubera, scrophulas, et do-

thienas sanat. Lepides capitis ad col-

lum ligati, *Cephalalgiam* domant.

ARTICVLVS XV.

De Gobiis squammosis saxatilibus.

TAB. XV. II. 12. *Gobiorum historiam loci & tegu-*
menti differentia intricata fac-
it. Nobis de squammosis saxatili-
bus hic res est, eisdemque littorales
adjiciemus, ne de iis pluribus in locis
agere cogamur. Graecis dicitur κα-

Athenaeus
Dipnoi. l. 7. *βοιος, Numenio apud Athenaeum κα-*
σσος, quem per καβοιον Phavorinus ex-
*plicat; Latinis *Gobius, Gobio, Govius*,*
*ut apud Ovidium, et *Cobio*, ut apud*
Plinium legitur. Parvi sunt tam illi,
qui in mari, quam qui in aquis. Tzet-
zes tricubitalis fama accepit, quod

Tzetzes
Var. Aelian.
H. A. I. 17.
c. 6. *forte de illis, qui in rubro mari, prout*
ab Aeliano proditum, sumendum est.
*Bellonius ex saxatilibus *album* quen-*
*dam facit, quem Graeci *χλωγον* et*
καυληνην, Rondeletius flavescentem
seu pallidum vocat. Est is palmi lon-
gitudine, toto corpore rotundo, non
*composito et ipso, *squammis* rotun-*
dis tecto, colore vario. Nigris ma-
culis conspergitur, oculis sursum potius
quam deorsum spectantibus. Ad
*branchias *pinnas* duas habet, in ven-*
tre non duas caeterorum more, sed
*unicam non divisam, qua nota *Go-**

Aristot. H.
A. 4. 2. c. ult. *bii* maxime a reliquis piscibus inter-

noscuntur; a podice aliam, in dorso non unicam velut alii saxatiles, sed duas, prior minor est, altera ad cau-

dam usque extenditur. Dentes ei parvi, os magnum, ventriculus, cum multis appendicibus capax. Aristoteles complures superne circa eum exire scribit. Hepar ipsi album non sine errore tribuit Hicesius. Qui Aldro-

vando Venetiis missus est, pinnas ha-

bebat in teriore binas conjunctas,
 quarum prior aculeis vigebat, altera laevis erat, binas item in pectore, totidemque ab ano omnes nigras. Caudam et superiorem partem corporis nigram. Ventrem candicantem.

Ex littoralibus duplices apud Au-

thores invenio. *Albos et nigros.*

Illos Rondeletius ita vocat, non quod tam candidi sint, ut cum aliorum pisces candore contendere possint, sed quod candore caeteros Gobios superent.

Nigros ita Bellonius describit. Eminentia ac turgentes supra caput oculos gerunt. Cornea tunica alba, et ut serpentibus dura obductos, ad verlus aquarum impetum, et ut fursum facilis ut *Uranoscopus* cernant. Vix excedunt duorum pollicum crassitatem aut palmi longitudinem. Raro enim pedales et brachiales evadunt. Etsi autem lubrici sunt, tamen *squammis* integuntur hirtis, *pinnamque* habent unam in teriore continuam mollem et sine aculeis. Pinnas utrinque quatuor latae atque obtusas, ac praeter has sub ventre etiam duas; sed ea, quae caudam constituit, rotunda est. *Dentes* exerunt parvos, tenues, et subrubros. *Corpus* teres est, paucis spinis refertum, *Ca-*
lor varius. Etenim qui Gobiones circa algam versantur ad viridem inclinant, alii ad cinereum accedunt, nonnulli albican, alii ex fulvo in nigrum degenerant. Omnes grandiore sunt capite et lata cervice. At quod